

* VII. THLASPI VILLOSUM. *

Nemosa.

Draba
consider.Draba
Diosc. a-
dulterinaDraba
Serapion.

Thlaspi pilosi nomine: verum cum hirsutie canescat, villosum appellare lubet. Hujus semine olim in Italia pro veri Thlaspeos semine usus fuit, sic dictante Nobilis. Jacobo Antonio Cortuso, Patr. Patavino, hortique Medici ibidem nunc praefecto. VIII. Bursa Pastoris major, folio sinuato, C.B. Bursa pastoris major, Brunf. Trag. Gef. hort. (cui & Thlaspi fatuum) Taber. Bursa pastoris, Matth. Cord. in Diosc. Lac. Lob. Cae. Thal. Cast. Lugd. Pastoria Bursa, Fuch. Dod. gal. & folio. Sunt & Bursa aliquot species, ut in Phytopyrace monuimus.

A'patis, u' Δράβη.

ARABIS, SIVE

DRABA. CAP. CLI.

Draba herba ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroque latere folia, ceu lepidii, sed molliora, & candidiora. In cacumine vero sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem. Herba haec cum prislana coquitur in Cappadocia maximè. Semen aridum pro pipere obsoniis admiscetur.

Draba caput multis sanè argumentis conspicuum est, esse Dioscoridi adulterinum. Nam si primum plantae nomenclationem expendamus, illam quidem facile coniciemus, (ut Marcellus rectè animadvertit) nec Græcam esse, nec Latinam appellationem. Deinde cum nec apud Galenum, Oribasium, Paulum, Aetium, aliosq. Græcos authores, quicquam de Arabi, Drabæ scriptum reperitur, hinc facile conici potest, Drabam Dioscoridi esse adulterinam. Ad hac illud quoque, rem sic se habere, maximè arguit, & ab aliquo Dioscoridi additam esse

Drabam, quod bis in Græco exemplari manuscripto in secundo hoc libro habeatur, tum ut hic statim post Thlaspi, tum etiam post Glastum, ad libri calcem intrusa: sed istuc Arabis appellatur, & aliàs istuc de ipsa traditur, etiam iisdem verbis, ut nec de nomine, nec de re satis constet, maximè cum apud nullum alium scriptorem, neq. Draba, neq. Arabis mentio fiat. Ceterum quocumq. modo res se habeat, mihi dubitandum haud quaquam fuit, quin planta, cujus hic imaginem expressimus, legitima genuinaq. sit Draba hoc in loco addita. Drabam Serapio Nasturtii generibus adjecit, & eam Nasturtium

I. ARABIS, SIVE DRABA.

* II. DRABA LUTEA. *



orien-

orientale nominat, quod insignis ejus acrimonia indicium est: & quoniam in nostrate leviuscula sentitur acrimonia, idcirco an hac, quæ in Italia nascitur, Serapionis saltem sit Draba, ego profecto affirmare non ausim: nisi forte id Draba accidat pro regionum diversitate, quemadmodum Aro evenire inferius dicitur ex Galeni auctoritate.

Herba, quæ à persis & Ῥαβδὸς Græcè: Arabisitem, & Draba Latine pariter & Italicè appellatur: Barbaricè, Naslur. Nomina.
tium Orientale: Gallicè Drave.

Draba prima umbellata C.B. Arabis five Draba. Matth. Lob. (cui & Nasturtium Babylonium) Lugd. Arabis, Lacu. Lon. Arabis verior, Cam. Draba Diosc. Cæs. Cast. Draba vulgaris prima, Clus. Pan. II. Draba lutea longissimis filiquis C.B. Ex radice longa, dura, albida, acri, caules bicubitales & altiores, graciles, rotundi, striati exurgunt, qui supra medium in plures ramulos, leviter villosos brachiantur, quorum summitatibus flosculi sine ordine, nec in umbella, copiosi, lutei, ex quatuor foliolis compositi insident, quibus succedunt filiquæ oblongæ, strictissimæ, semen tenue, flavescens & acre continentes. Folia verò oblonga, brevibus pediculis donata, acuminata, per oras crenata, rarius laciniata, & levissimè villosa sunt. Hanc Turingiæ collegimus ad Necarim, quamvis & Heidelbergæ reperiatur, & Burnij in Rhætia sponte proveniat: Cl. Camerarius primus in suo Matthiolo, Arabis quorundam nomine pinxit.

20 Εἰρήνην. I R I O. CAP. CLII.

E Ryfimon, Latini Irionem vocant, juxta urbes, rudera, hortosque nascitur: foliis crucæ sylvestris: cauliculis in lori modum lentis, & obsequiosis: floribus luteis: siliquis in cacumine gracilibus, ut fœno græco corniculatis: semine nasturtij, exiguo, urentis gustus. Contra thoracis fluxiones efficax est, & si purulenta extulsiuntur: regio morbo, & coxendicibus prodest: contra venena in delinctu cum melle datur. Illinitur ex aqua aut melle utiliter bœccis carcinomatibus, paroridibus, & duritiis mammarum, & testium inflammationibus. In totum extenuat, & exalfacit. Mirius multo ad clysteres fiet, si aqua madescat, atque torreatur, vel linteo illigatum, & pinsita farina oblitum perasserit.

a Drag.
Εμπύρε, βίρυς, i. e.
luppura-
tione, rufi.
Meum i-
nos, i. e. i-
dos, oculi
χρόνου τῆς
μελίας. π-
ρὸς τὸς
ταῖς γενεα-
μα φέρ-
μεται, i. e.
cterum,
coxendi-
cum do-
lores de-
lincti cū
melle. Bi-
buntur e-
tiam ad-
versus le-
thalia me-
dicamē-
b Drag.
μεγέλη, i. e.
parva.
e Meum
περὶ τοῦ, i.
e. Ceca,
ad Carac.
διφραγ-
μενὸν φλ-
ομενός, i.
testiū &
mamma-
rum in-
flamma-
tiones,
e Meum
πάρων, i.
faringa sub
acta.

L. IRIO.

II. IRIO ALTERA.



QUanquam Theophrastus, & antiquorum alii Erysimon inter cerealia commemorant. & sesamo simile faciant: quod tamen a Dioscoride representatur, foliis eruca emulis, tanquam ab illo admodum dissimile, hic inter acerrimas plantas, non inter frumentacea, ubi de sesamo differuit, ab eo repositum est. Ea q̃, propter facile dici potest, Erysimon aliud designare Theophrasto, aliud verò Dioscoridi: Ideo q̃, Plinius utrũq̃, in Erysimi historia ad stipularem videtur. Namq̃, lib. 18. c. 7. ac 10. Theophrastum secutus, ipsum frugibus adscribit, sesamog, simile facit. Et lib. 22. ca. 25. Dioscoridem imitatus, foliis eruca paulò angustioribus, & semine Nasturtii Erysimum esse prodidit. Hoc idem palam est fecisse Galenum: quippe qui

Erysimi,
seu Iri-
onis consi.
Erysimū
Theoph.
aliud à
Diose.

lib. 6. simplicium medicamentorum Erysimum plantis comparavit, quæ acrimonia prædita sunt uti Nasturtium & Sinapi. Et libr. 1. de alimentorum facultatibus ipsum inter fruges retulit, quæ in cibum veniunt, unâ cum sesamo, sic in-
quiens: Ut porro milio panicum ad simile est quodammodo, sed ad omnia deterius, ita & Sesamo Erysimum corpori sub-
stantia non nihil affine: sed mansum insuavius est & tenuioris alimenti, adeo quod in omnibus illo deterius existit. Cate-

Ruellii & Hermolai lapsus. Ruelius, quod dixerit Plinius Erysimum, & Sesamum rubentibus provenire foliis, item ipsis virentibus nullum ani-
mal vesci, illud frugis genus autumat Erysimum esse, quod vulgò Tridentina rura appellant Formentone, Foro-Julien-
sibus verò, quod pullo sit colore, nominant Saracino. Verum hac in re Ruellius deceptus deprehenditur, quod nullis notis respon-
deat huic Erysimum, quod Theophrasto, & Plinio describitur: quandoquidem, quod vulgò appellatur Formentone, caule
tantum rubet, non foliis, à nulloq; pecude respuitur, sed ab omnibus avidissime depascitur, nec ulla ex parte Sesamum amu-
latur. Porro sciendum est Dioscoridis Erysimum non esse sylvestrem erucam illam, quam nos nobilem appellamus, ut credit
Hermolai, itemq; Ruellius ipsum secutus, sed stirpem ab ea diversam. IRIONIS itaq; duo videntur genera. foliorum
magnitudine differentia, ut ex iconibus videre est. Illud autem magis Dioscoridi genuinum esse censeo, cuius folia minora, &
cornicula paulo vegetiora spectantur. IRIO ALTER, folia mittit hortensis Erucæ, caules lentes flexilesq; ramis in sum-
mitate tenuibus, rotundis, acutis tenuibusq; corniculis undiq; stipatis sursum spectantibus, in quibus semen concluditur mi-
nutum, flavo colore. Provenit ut alter juxta urbes, rudera, hortosq;. Idem præstat ejus semen, quod alteri quoq; adscribi-
tur, peculiariter autem sesquidrachmæ pondere, ex ovo sorbili devoratum tribus continuis diebus, seminis profluvium co-
hibet, & ex vino renum calculos pellit. Verum non ob id negaverim, aliud quoq; Irionis esse genus, cum omnibus Irionis
Nomina. ferè notis sit præditum: etsi scio non defuturos canes, qui me allatrabunt. Id Græcis ἰρίωνος dicitur, quod Latini simili-
ter Erysimum & Irio: Italis Erisimo & Irione: Germanis Hederich / und Wilder Senff: Hispanis Rinchaon: Gallis,
Velar, ou de la tortelle. Irio alter vulgaris, Italis Irio, overo Erisimo commune.

Irionis nomine, Matthiolum Rapistrum proponere, sunt qui statuunt, verum ex verbis, quæ ex se-
cunda commentariorum editione adjecimus, colligere est eum intellexisse eam, quam vocamus I. Ery-
simum sive Irio vulgatum. Hierobotane fœmina Brunf. Verbena fœmina, Trag. Verbena recta sive mas

* III. ERYSIMO, SIMILIS Hirsuta. *



n. 100.

PIPER.


CAP. CLIII.

Quæ in piperis ca-
pite con-
clusa sunt
non ha-
bet Ori-
bafus. Piper [in India nasci, brevi arbore traditur: quæ] inter initia prælongum fructum, veluti siliquam, pro-
mit, quod longum piper est: habet intus aliquid tenui milio simile, quod tandem in perfectum piper
evadit. Id autem suis temporibus dehiscens, pandensq; sese, racemos emittit, grana ferentes, qualia vide-
mus. Ea acerba candidum piper faciunt, aptum ocularibus remediis, antidotis, & medicaminibus, quæ con-
tra venenata parantur. [theriaca vocant. Longum verò vehementius morder: & quoniam priusquam e-
maturefcat, decerptum est, & subamarum relinquitur, antidotis, & theriacis medicaminibus expetitur.]
Nigrum verò, utpote quod tempestiva maturitate collectum sit, odoratum esse constat: candido suavi-
us, acrius, [& ori gratius, nec non ad condimenta utilius] sed candidum, & adhuc in acerbum vergens,
antedictis infirmius est. Eligi oportet gravissimum, plenum, nigrum, sine multis rugis, recens ac minime
furfurosum. Inveniuntur etiamnum in genere nigri semina nutrimento defecta, casta, inania, minimiq;
ponderis

ponderis, quod vocant brasma. Vis omnium exalfacit, urinam ciet, concoquit, extrahit, discutit, abstergit caliginem, quæ oculis observatur. Piper febrium horribus circuitu repetentibus, sive potu, sive illitu subvenit: serpentium moribus auxiliatur: partus extrahit: conceptum adinere creditur, statim à concubitu suppositum: tussi, omnibusq; pectoris vitiis, sive eclegmate, sive potu succurrit: anginae eo & melle convenienter perunguntur: potum cum recentibus lauri foliis, tormina discutit: cum uva passa manducatum pituitam à capite elicit: valetudinem tuetur, dolores finit, appetentiam movet, concoctionem adjuvat, ad intinctus esculentorum additum: strumas cum pice discutit, vitilignes ex nitro emaculat. Fictili novo, † ut ajunt, motum torretur. Non est hujus arboris radix ginger, ut aliqui existimavere, sicuti paulò post ostendemus. Namque piperis radix costo similis est, ora gustantium accendit, salivam ciet. Hæc lienem reprimat, cum aceto illita, aut pota: caput etiam purgat, manducata cum semine pedicularis herbæ, quam staphidem agriam vocant.

I. PIPER.

* II. MACROPIPER. *



Ustrani navigationibus suis hoc ævo confectus per Oceanum Atlanticum versus austrum primò, & hinc deinde in Orientem ad Calecut, Taprobanam aliasq; Indici pelagi insulas: iten Hispani liburnici vecti ad occidentales Indias, Perù, atq; alias complures regiones, quæ antiquos Geographos penitus latuerunt, non modò Piper, & hujusmodi odoratis simplicibus universam repleverunt Europam, sed & stirpium historias, à quibus oriuntur, posteritatis memoria prodiderunt. Quod postea fecit, ut nobis planè ignorasse videantur Theophrastus, Dioscorides & Plinius, aut ob regionum distantiam (indigenarum potius in hoc fidem secuti, quam quòd fortè ea viderint, quæ de pipere scriptis tradiderunt) aut ob aliam quamvis causam planta illius formam, ac notas, quæ piper in India gignit, ac quonam modo piperis planta suum edat fructum, an scilicet racematim, an corymborum modo, an siliquis inclusum, an baciferarum arborum more. Siquidem Plinius libro 12. cap. 7. ita scribit: Arborea quæ passim piper gignunt, juniperis nostris sunt similes, quanquam in fronte Caucasii solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradiderunt. Semina à Junipero distant parvulus siliquis, quales in Phaseoli videmus. Hæ priusquam dehiscant, decerpta, tostataq; sole, faciunt, quod vocatur piper longum: paulatim verò dehiscentes per maturitatem ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus, colore rugosq; mutatur: hæc Plinius. Quibus à Dioscoride non longè distilare videretur, nisi piperis plantam similem junipero reddidisset: namq; Dioscorides nullam eam notis representavit, neq; alicui similem fecit. Theophrastus præterea quanquam scriptum reliquit lib. 9. cap. 22. de plant. histor. Piperis duo esse genera unum rotundum, alterum oblongum, ejus tamen arboris effigiem silentio præterit. At hi, qui suis liburnicis immensa traxerunt maria, propriasq; perlustrant regiones, ubi piperis utriusq; planta innumera videntur, nigrum, ac rotundum gigni narrant à quibusdam infirmis viticulis vicinas arbores altiore complexu scandentibus, ad fastigium usq; acuta clematidi non dissimilibus, folio tamen malum Assyrium emulantibus, sed minori, gustu aliquantulum acri, quin & racematim proferri uvarum labruscæ modo, sed minorem, consertius tamen perpetuo virentem, donec siccetur, & plenam maturitatem consequatur, deinde mense Octobri per maturitatem decerpi, & sub ferventi sole regetibus palmeis expansum torreret, quousq; nigrescat, & rugosum evadat: quod tridui spatio plerumq; fit: radice nititur pusilla. Huic nigri piperis planta persimilis omnino est, quæ piper album gignit. Piperis proventus maximus habetur in Malavar locis maritimis, quæ à Comorin ad Cancanor usq; pertingunt: quinetiam in Malache maritimis, & in insulis, quæ circa Javam sunt: unde per mare Erythronæum ad nos comportatur. Longum autem, ut iidem testantur, alia ferunt arbores, estq; velut nucamentum quoddam, exilibus granulis squamatim compactum, quod velut julus in pontica

Piperis & plantæ ejus hist.

Plinii lapsus.

Piperis duo genera Theophrasto. Piperis histor.

nuce, cui pulchrè adstipulatur, vermiculosa facie dependet: piperato gustu: nunquam tamen in album, vel nigrum piper coalescit. Galenus indigenam fidem, & Dioscoridem secutus, eandem plantam tam rotundum, quam longum piper edere credidit. Sed delusi sunt, siquidem alia valde diversa planta Piper longum mittit, quod in Begala nascitur. Piperis huiusmodi vidimus nos Neapoli, qui Lusitanorum descriptioni maxime respondere visus est, quod viticuloso caule esset, clematidis acutæ modo. Sed & aliam arbusculam vide Venetiis, quæ prorsus illius planta faciem exprimit, quam vulgus Ribem appellat, cujus bacca, quæ quoque racemariam coherent, ita bellè piper imitantur, ut si aciores sese declarassent, ego quidem à pipere genuino nihil distare putassem. Viret hæc in hortis clarissimi medici Maphei à Mapheo, in quo plurima simplicia notata digna visuntur. Quo fit, ut mirum non sit, si in piperis historia variant auctores. Quandoquidem cum varia in Italia piperifera habeantur arbuscula, facile credendum est, varietatis longæ majoris eas in India reperiri. Caterum piperis planta, cujus hic imaginem appinximus, nusquam viva, aut sicca à me visa est, sed ita Præge Bohemorum eam mihi delineabat Lusitanus quidam miles, qui Indicas perlustraverat oras. Verùm integros nigri piperis racemos Verona ad me misit Franciscus Calzeolarius Pharmacopæus haud indoctus. Porro & aliud piperis genus habetur, quod ÆTHIOPICUM, sive piper nigrorum vocat Serapio. Hoc in siliquis nigris racematim provenit, pisorum, aut phaseolorum modo granis pipere nigro paulò minoribus, & pertinaciter siliquis in herentibus: utuntur hoc Æthiopes ad dentium dolores. Nascitur in Æthiopia, unde nomen invenit apud Arabes. Assertur ex Alexandria Aegypticum aliis aromatis. Excalfacit, & exsiccatur vehementer, attenuat, incidit, provocat, aperit, digerit, resolvit. Non desunt, qui huius historiam ignorantes quam describit Serapio cap. 337. de grano Zelin, illud perperam Carpesium esse putent: quorum opinionem haud probandam convicimus in nostrarum epistolarum volumine, ad Joannem Hessum, medicum Norinbergensem scribentes. Addunt quoque piperis generibus corniculatum illud piper, quod vulgò 1 s d i c v m appellant, aut ut alii volunt Siliquastrum, quod acerrimi sit gustus. Ea planta itaque provenit foliis hortensis solani majoribus longioribusque, caule cubito ali. ac etiam longiore, viridi, ramis compluribus brachiato, geniculatoque, floribus candidantibus,

Piperis
plantæ in
Italia.

III. PIPER ÆTHIOPICUM.

Piperis
Æthiopi-
cimentio

Quorundam
op.
explosa,
Piperis
cornicu-
lari men-
tio.



IV. PIPER INDICUM.

* V. PIPERIS INDICI VARIETAS.



è quibus

& quibus vagina oriuntur corniculorum speciem referentes, herbaceo primum colore, & deinde coralliorum modo rubescen-
 te, ac pellucido: gustu acerrimo, adeo ut piper omne sua superet acredine. In his semen concluditur minutum, colore subal-
 bicante, ejusdem protinus gustus. Seritur in hortis & fictilibus. Hujus plura habentur genera: Nam aliud pumilius tota
 planta provenit, & corniculis longe minoribus, aliud verò rotundis fere siliquis. Sed omnibus eadem est acredinis vehemen-
 tia. Excalfaciunt & siccant omnia excessu quarto. Ideoq, valenter urunt, & exculcerant corpus. Recentia cornicula tusa
 & illa Ischiadicos juvant, siquidem locum exurunt. Non desunt doctissimi viri, qui hoc piperis genus Cardamomum fa-
 ciant, manifesto tamen errore. Piperis meminit Gal. lib. 8. simp. med. sic inquit: Piperis radix vires costo similes potissi-
 mum obtinet. Porro fructus ejus nuper quidem admodum germinantis, longum piper est: quare etiam maturo humidius
 est: humiditatis ejus indicium est, quod facile repositum perforetur, ac non protinus mordicet, sed post paulo incipiat, ve-
 rum plusculum duret. Porro fructus, qui velut omphax est, piper album est, nigro quidem acris. Nam illud jam quasi su-
 perassatum est, & superexiccatum. Verum utrumq, valenter tum excalfacit, tum desiccet. Integra grana quinq, numero
 quotidie devorata, iis auxiliantur, qui ventriculi dolore, tum ex flatu, tum cruditatibus exorto laborant. Caterum quo-
 niam Dioscorides inter simplicia de CARYOPHYLLIS, quæ mihi piper in mentem redegit, nihil posteritatis memoria
 mandavit, cum ea ex eisdem afferantur regionibus, sintq, in precipuo medicorum usu, adeo præstantissimum, odoratissi-
 mumq, medicamentum silentio non dissimulandum duxi. Provenit igitur Caryophyllorum arbor in orientali plaga, qui-
 busdam Indici pelagi Insulis, non longe a Badan. Hujus caudex buxo similis est, eademq, materies. Folia verò cinna-
 mi vulgaris instar habet, sed rotundiora: fructu est parvo, ex atro rubescente, in clavi modum capitato, exertis in adver-
 sum quatuor denticulis, sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alveoli sinu medio umbilicatum prode-
 nte. Arbor quæ Caryophyllos profert, lauri faciem refert, foliis tamen angustioribus, salicis, aut persici mali similibus,
 sensim per ambitum sinuatis, multis prædicta ramis, floribus numerosis inprimis candidis, deinde virescentibus, postremo
 verò rufescentibus, usq, adeo odoratis, ut reliquos flores odoris suavitate superent: & quibus Caryophylli proveniunt, quæ
 nil aliud sunt, quam rudimentum fructus. Flores enim qui quaternis foliolis constant, huius fructus rudimento insidet, sibi
 numerosis refertus, perinde fere ac Myrti flores. Proveniunt Caryophylli in extremis ramulis, Myrti modo. Adhuc pediculi
 quibus Caryophylli nituntur ii sunt, qui officinis vulgari idiomate appellantur Fusti. Nascitur autem arbor ipsa sponte ex
 deciduibus Caryophyllis. Adolefcit intra octennium, perduratq, in centesimum annum usq. Nascitur magno proventu
 tantum in Moluccis insulis. Nam quamvis in Zeilan & nonnullis aliis India locis proveniat arbor, nusquam tamen fru-
 ctum edit, præterquam in Moluccis. Cultores arundinibus flagellant arborem, constrato prius circumquaq, tegetibus pal-
 meis solo. Caryophylli meminit Plinius lib. 12. cap. 7. his verbis: Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocant
 Caryophyllon, & grandius fragiliusq. Tradunt in Indico luco id gigni. Adhibetur odoris gratia. Horum nusquam inve-
 nio mentionem fecisse Galenum: tamen si Serapio ex Galeni auctoritate plura de Caryophyllis tradiderit suo de simplicium
 medicamentorum volumine. Quamobrem crediderim aut Galeni librum in quo de Caryophyllis disseruit, perisse, aut Pau-
 li potius, quam Galeni testimonio de his scripsisse Serapionem. Nam de Caryophyllis prius Paulus in eodem, quibus postea Se-
 rapio, verbis tractavit, lib. 7. ubi hæc habet: Caryophyllon, quasi dicas nucifolium, non eam habet substantiam, quæ no-
 mine prætenditur, sed ex India veluti flores cujusdam arboris festucae. & nigri sunt, longitudine fere digitali, odorati,
 acres, subamari, calidi, & sicci in tertio propemodum ordine: qui multiplici usus sunt, tum ad obfonia, tum ad alia multa
 medicamenta. Caryophylli, ut scribit Serapio, jecinori, stomacho, & cordi auxiliantur: Concoctionem adjuvant, & alvi
 fluxiones cohibent. Quinetiam eorum pulvis quatuor drachmarum pondere cum lacte sumptus, venereas vires adauget.

Piperis
vires ex
Galeno.Caryo-
phyllora
hutor.Caryo-
phylluth
Plinii.Caryo-
phyllorū
vires ex
Paulo.

VI. CARYOPHYLLI AROMATICI.

40

50

60



Oo 2

EXACH

Caryo-
phyllorū
vires Mat-
thioli.

Exacuunt praterea, Avicenna auctore, oculorum visum, & eorum nubeculas, argemasq; exterunt. Atq; haec de hi-
storia & viribus Caryophylli seminis Aromatici. CARYOPHYLLORVM planta ramusculum, Caryophyllus onustum,
eius hic imaginem damus, misit ad me Franciscus Calzolarius Veronensis. Excalfaciunt, siccant Caryophylli, & exte-
nuant ordine tertio, odorati, acres subamari, non sine levicula adstrictione. Itaque roborant, & aperiunt simul, attenuant,
digerunt, inciduntq;. In cibis devorati, ventriculi, jecinoris, cordis, & capitis affectibus auxiliantur. In pulverem hausti
ex vino, aut malorum cydoniorum succo, vomitiones cohibent, caliacos juvant, nauseam remouent, & cibi appetentiam
revocant, roborantq; cum ventriculum, tum etiam caput. Afferunt & jecinori praesidium: namque ubi refrigeratum
fuerit belle excalfaciunt. Ideoque hydropicus, & praesertim anasarca affectus, utiliter propinantur. Olfactu revocant ani-
mi deliquis laborantes, mansiq; anhelitum commendant. Conferunt comitialibus, resolutis, convulsis, stupidis, & veter-
nostis: concoctiones adjuvant, & alvi fluores torrefacti cohibent: illinuntur quoque per quam utiliter cum mastiche, Rho-
corallis, & punice floribus, ad ventriculi morbos, & praesertim hos, quibus adstrictione opus est. Hausti quatuor drachma-
rum pondere ex bubulo, caprillove lacte, venerem excitant. Exacuunt praterea oculorum aciem, & caligines tollunt, quin
etiam nubeculas, & argemas, in tenuissimum pulverem triti, & oculis inditi. Idem tam devorati, quam suffiti, valent,
adversus pestilentem contagionem: suffiuntur utiliter capitis fluxione obnoxii, & qui navium obstructione laborant fumo
naribus excepto. Adduntur in Antidotis, & in succis, qui ventriculo, & capiti roborando parantur. Ceterum quoniam in
Caryophylli nomen incidimus, hic non prorsus intactos relinquentes flores illos, qui ab odore similiter CARYOPHYLLI,
& Garofoli vulgo vocantur. Hi quidem non fuerunt, quod ego sciam, a veteribus cogniti, etsi nobis hodie sint adeo cele-
bri, vulgares aequè ac jucundi, ut nullus jam sit hortus, nulla adium ferè fenestra, quae hisce floribus non ornentur. Serun-

Caryo-
phylli flo-
res, & ejus
mentio.

VII. CARYOPHYLLI domestici.



VIII. CARYOPHYLLI sylvestres.



Vetoni-
corū flo-
rum de-
scriptio.

tur à mulieribus, colunturq; in fœtilibus, aut capsulis ligneis transpositi, saepiusq; irrigati. Horum plantam recentiores non-
nulli Veronicum Coronarium appellant, sed quo auctore, haecenus compertum non habeo. Verum ne videat eorum inventa
negligere, liceat etiam mihi eadem uti nomenclatione. VETONICVM itaq; coronarium, quod caryophyllum appella-
mus, foliis est longis, Tragopogoni modo, brevioribus tamen, carnosioribus, ac pinguioribus, incurvis, & in acutum desinen-
tibus. Cauliculos edit numerosos, rotundos, geniculatos, leves, cubitales, tribus, quatuorve in summitate adnatis, in quo-
rum cacumine teres, longiusculusq; calyx spectatur, superiore parte serrato modo denticularis, & quo flos speciosissimus oritur,
Caryophyllorum odoratu, unde illi nomen. Varia sunt horum florum genera, colore & foliorum stipatu differentia. Alii
enim majores sunt, alii minores. Variat in floribus color: quandoquidem alii coccineo colore rutilant, alii saturata pur-
pura nitent, alii candido, alii carneo colore gaudent. Sunt & versicolores nonnulli, albo rubroq; colore misti resperfi, sed
mangonio parati, seminibus diversorum generum simul constrictis. Stipantur ferè omnes in omni genere, numerosa folio-
rum serie perinde ac rosa, cum quibus de pulchritudine, odoris praestantia, & colorum varietate ad victoriam usq; certant.
Ideoq; mirum, nullam apud antiquos horum extare memoriam. Habetur eadem planta etiam sponte nascens [locus incul-
tus & aridus atq; saxosis. Foliis, caulibus, floribusq; exeunt altilibus similibus, sed longè minoribus tenuioribusq;] altera flo-
ribus rutilis, altera candidis, utraq; tamen gracilior, flore parvo, haud folioso, & nullo caryophyllorum odore. Nascuntur
locis incultis, & aridis. Calida, siccaq; pollere facultate altile Veronicum indicio esse potest odoris fragrantia, & saporis
amarulentia quadam. Flores, & praesertim purpureorum, praestant ad omnes cordis affectus, nempe ad animi deliquia, &
cordis ipsius tremorem: praestant item ad vertigines, apoplexiam, epilepsiam, paralysem, & convulsiones ex Betonica, aut
amaraci decocto poti. Afferuntur saccharo, perinde ac rosa, utiles admodum non solum ad praedicta omnia, sed ad cuncta
Venena, & venenosorum animalium ictus. Dantur ad intestinorum animalia necanda, & adversus pestilentia contagia.
Valen-

Caryo-
phylli syl-
vestr.

Vetoni-
corū flo-
rum vires
Matth.

Valentius tamen id facit succus ex universa planta expressus. Namq. is haustus, quatuor unciarum pondere, ubi morbus invaserit, liberat. Sylvestrium radices, trium drachmarum pondere hausta ex meraco, à vipera demorsos sanant. Fit ex altitium floribus acetum, in eo insolatis, quo naribus illito revocantur animi deliquio consternati. Idem quoq. utile est pestilenti aere arcende, ubi eo quotidie naves, arteriae, & manus irrorentur. Sylvestres praestant quoq. ad ea omnia, ad quae altiles praestare diximus, verum longe remissius operantur. Quod Graeci *πικρι*, id Piper Latini vocant: Mauritanii, Nomina. Fussel, seu Fussul: Itali Pepe & Pevero: Germani Pfeffer: Hispani Pimienta: Galli Poyure. Piper Aethiopicum, sive nigrorum, Itali Pepe de Aethiopia. Indicum Piper sive Siliquastrum, Itali Pepe cornuto, aut Pepe de India, Germani *Indianisch Pfeffer*: Galli Poyure de Inde. Quod verò Graecis *ναρπύλλιον*, Latinis pariter Caryophyllum appellatur: Mauritani, Persis, Turcis, Indis, Calasur, Carunfel seu Charunfel: Barbaris Gartofilus: Itali Garofono: Germani *Nägeln*: Hispanis clavos de *especia*, sive Clavellus: Galli Girophles. Caryophylli flores domestici, nonnullis Veticum. Itali Garofoni & Garofoli: Germanis Grasblum / sive Näglinblum: Galli Oeillets sive Giro fleurs. Caryophylli sylvestres, Itali Garofani & Garofoli salvatici: Germanis Donder Näglin: Galli Armoiries & Oeillets sauvage.

† Ex Graecis vulgatis codicibus aliqui hoc in loco scriptum habent *ὁς παύ*, quod sonat, ut dicunt: alii verò *ὁς παύ*, id est, ut lenticula. Unde etiam ex interpretibus alii hanc, alii illam secuti sunt lectionem. Oribasius verò nec hoc, nec illud legit: qui praeterea alia multa & hic, & alibi non describit, quae fortasse non temere quis illegitima judicare possit.

Piper veteribus triplex, longum, album & nigrum, quae tria genera adhuc in Officinis nomine Macro-
piperis, Leucopiperis, & Melanopiperis habentur. Seritur autem Piper ad radices arboris, quò sese con-
volvendo scandere possit, foliis raris, mali Assyrii effigie, sed minoribus, acutis, virentibus, gustu cali-
dis. Fructus uvarum modo racematim cohaeret, semper virens donec maturitatem consequatur & sicce-
tur, quod circa medium Januarii in Malavar evenit: radix pusilla. Est autem inter eam plantam quae ni-
grum fert, & quae candidum, tam exigua differentia, ut à nemine, quam ab incolis dignosci possit: eo
Malavar & Malucæ locis nascentes, ubi eo magnates, quemadmodum nos sale, utuntur. Quae verò lon-
gum Piper profert, longè alia est planta, nil cum his similitudinis habens, in Bengala proveniens plus
quam quingentarum leucarum spatio à Malavar, ubi candidum & nigrum provenit, distans: quam rectè
ergo longum nigro, aut albo substituitur? His generibus adduntur Aethiopicum, Caudatum, Canari-
num: habet & Alpinus peculiare piper longum, quod Felvel taval nominat, herba junci foliis crassiori-
bus, è quibus sectis succus flavus, acris, magis quam piper exurens, emanat. I. Piper Matth. Lugd. Lon.
non novimus. II. Piper longum, Cord. in Diosc. & hist. Cast. (cui aliud Orientale ex Bengala, aliud Oc-
cidentale, in Cartagena & novo orbe) Piper, Clus. ad Monar. Piper longum Monardi Lob. Piper lon-
gum Americum, Lugd. Piperis longi genus in India Occidentali, Cæsal. Additur huic figurae & una pi-
peris rotundi. III. Piper Aethiopicum, Matth. Lob. (cui & Amomum officinarum quarundam) Cast.
Lugd. Tab. Carpesium, Cord. hist. IV. Caplicum, fortè quod semen comestum mordeat, *ναρμύρι* Actu-
ario dicitur: Zinziber Caninum Avicennae: Siliquastrum Plinio lib. 19. cap. 12. cujus aliquot differen-
tiae in fructu, ratione formae & coloris: color is aliis in initio niger, aliis viridis, in maturitate autem aut
croceus, aut rubicundus. Figura aliis longa, eaq. vel crassa, vel gracilis & incurvata: aliis brevis, eaq. lata
cordata: vel rotunda cerasi forma: deniq. & piloso caule. Binæ figurae adpositae, altera Capfici siliquis ob-
longis, quod dicitur Piper Indicum, Matth. Cast. Cæsalp. Cam. Piperitis, Cord. in Diosc. Siliquastrum
longis siliquis, Trag. Capficum oblongius, Fuch. Dod. gal. & fol. Lugd. Siliquastrum, Fuch. Lacun.
Lon. Tab. Capficum Actuarii, Lob. V. Altera figura oblongum recurvis siliquis, latum, cordatum &
rotundum exprimit. VI. Caryophyllorum aromaticorum, cum diversa sit historia, duas figuras adposui-
mus, alteram quae Matthioli, est foliis Cinnamomi rotundioribus: alteram laurinis foliis: siquidem
arbor sit lauri forma & magnitudine, foliis laurinis, sed angustioribus, Salicis aut Persicæ folio similibus,
oblongioribus tamen pediculis donatis, multis ramis praedita, copioso flore, quaternis foliolis constan-
te, fibroso, Myrti floris instar, extremis ramulis insidente odoratissimo, candido, dein virescente, postre-
mum rufescente: qui induratus est Caryophyllum ipsum, (vel potius Caryophyllum, rudimentum est
fructus, quemadmodum in malis, pyris, atque punicis videre est) clavum vocant, quòd in modum clavi
sit capitatus, exertis in adversum quatuor denticulis, sese stellatim decussantibus. Caryophylli à Septem-
bri ad Februarium usque decussati, biduum aut triduum siccantur, dein asservantur: qui verò in arbore re-
manent, crassiores fiunt, neque ab aliis, nisi vetustate differunt, sub quorum cortice semen continetur:
ex deciditibus arbor ipsa sponte in Maluccis (ubi solum fructifera gignitur) provenit. An Carpesium
Quinto medico? Arbor ipsa Caryophyllon Aeginetæ & Sethi, Charumfal Arabibus dicitur. Fructus
qui adfertur, cum immaturus sit & minor, quam in arbore remanente, idcirco Caryophyllus immatu-
rus aut minor, Cord. in hist. Florem Caryophyllorum Clusius in Corol. ad Dodonaeum gallicae editionis
vocavit, aliis Caryophylli & Caryophylli aromatici. Majores verò, qui secundae figurae adpicti, Nicolao
Anthophylli dicuntur, ut & Lob. Lon. Cæsal. Tab. sed improprie, contrarium enim dicere deberent,
cum hic maturus sit fructus, quare Caryophyllum maturum seu majorem, Cordus in sua historia nomi-
navit. Meminit Garzias in insula, cui D. Laurentio nomen, fructum esse Avellanæ magnitudine cum
suo putamine, qui Caryophyllos redoleat. VII. Caryophyllus flos à Caryophyllorum aromaticorum
odore nomen habet, licet sint alii odoratiores mangonio, alii minus, alii etiam inodori: sic in Chinarum
regione, licet etiam nascantur, nequaquam tamen odoris suavitatem commendantur, ut ii, qui apud
nos habentur. Veteribus florem hunc indicum plerique credunt: quid si dicamus Betonicam alteram
esse, quae inter notha apud Dioscoridem reperitur: etsi sint qui minus rectè Iphium Theophrasti, cujus
6. historiae 2. & 7. hist. 12. meminit, censeant: aliis Herba tunica est: aliis Cantabrica Plinii lib. 25. cap. 8.
Summa genera duofacimus; flores sunt altiles & sylvestres. Altiles species multae, magnitudine, colore
& foliorum numero differentes. Flores namque aut majores: & vel majoribus, vel minoribus foliolis
constantes. Sunt colore aut nivei, aut diluta purpura candicantes, aut croceo rutilantes, aut versicolo-

res: ut candidi & crocei, candidi & rubei, candidi rubris punctulis aspersi. Rubentes, aut violaceo admixto purpurei, aut rubei lacteis notis aspersi, sicq; guttati, aut rosæ sylvestris colore. Sic ex uno caule duo florum genera, partim candidi, rubrisq; maculis aspersi, partim crocei, sæpè etiam uno pediculo diversi coloris flores videas: aliquando unus ex alio medius excrescere videtur: sic in una planta flores trium generum: in summa, mangonio & arte varietas magna fit in his floribus. Sylvestrium quoq; magna varietas existit, & in magnitudine, & coloris & floris figura, & calycis varietate, plerique tamen simplici sunt flore: quæ ratio ut supra quadraginta species in Phytopinace nostro recensuerimus. Verum Caryophyllus altis, dicitur Caryophyllea, Trag. Caryophylli domestici, Matth. Cam. Flos garyophyllorum, Lonic. Flos garyofilus, quem alii Violam Damascenam vocant, Cæsalp. Caryophylleus flos major, Dod. fol. Caryophyllus multiplex, Lob. Taber. Betonica, Gef. hort. Betonica altis, Fuch. Veronica altis, Dod. gal. Betonica coronaria, Lac. Cantabrica Turnero. VIII. Caryophyllum sylvestrem videtur Galenus agnovisse, & 5. de tuenda sanit. Sarxiphagon appellasse: nam & sylvestris nostra calculum frangit & educit, quod Galenus de Cestri seu Betonica in Gallia proveniente testatur. Fortè & Theophrastus 6. hist. 1. & 6. per Jovis florem inter coronarios suffrutices minutis conditum foliis, cujus flos, sine odore, tantum in coronarum usu, sylvestrem caryophylleum intellexit. Hoc verò loco quæ proponitur, Caryophyllus sylvestris est vulgaris flore simplici, qui licet communiter sit inodorus, aliquando tamen odoratus est, flore purpureo frequenter, rarius albo: Tonitruum flos, Brunf. Caryophyllea sylvestris, Trago. Caryophylli sylvestris, Matth. Cast. Lugd. Cam. Betonica sylvestris prima, Fuch. Veronica, Dod. gal. Armerius flos primus, Dod. fol. Armeria sive Caryophyllus minor sylvestris, Lobel. Lugd. Flos Caryofilus, sylvestris, Cæsalp. Tunica sylvestris, Lon. Caryophyllus montanus, Tabern. Caryophyllea sylvestris, Thalyo.

Zingib. sp.

GINGIBER.

CAP. CLIV.

Gingiber sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. Qua virente ad multa, perinde atque nos ruta, utuntur, & primis potibus, & eduliis admiscunt. Hujus radices, cyperi modo, parvæ sunt, candicantes, & odoratæ, atque piper sapore imitantur. Eligi debent, quæ teredines non noverunt. A multis tamen ob id condiuntur, quod celeriter cariem sentiant: & scitilibus in Italiam asportantur. Gingiber cibo conveniens est, & cum condimento assumitur. Excalfactoriam vim, & excoquentem habet: alvum leniter emollit: stomacho utilis est: efficax adversus ea, quæ oculis caliginem offundunt: in antidota addi solet: In summa piperis viribus respondet.

* I. ZINGIBER ET EJUS
siliqua.



Brasavoli
error.

Gingibe-
ris vires
ex Gal.

India siliquarum melle, aut saccharo conditum asservatur, & cum aliis aromatum generibus ad nos convehitur. Quod quantum à veritate & ratione dissonet, ii judicare poterunt, qui diu in myropoliis versati, rem omnino exploratam habent. Gingiberis vires memoria prodidit Gal. lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Gingiberis radix utilis est, quam utiq; ex Barbaria ad nos convehunt. Excalfacit potenter, sed non primo statim occurso, velut piper: unde sanè & minus esse subtilium partium, quam piper existimandum: siquidem in tenues solveretur partes, & celerrimè actū, ut illud fieret calidum. Apparet enim illaborata, & crassior adhuc quedam ei inesse substantia, nec ea sicca & terrestris, sed humida potius atq; aquea. Quo fit, ut facile perforetur, cum scilicet recrementitia insit humiditas. Neg, enim quicquam eorum, quæ aut planè sicca sunt, aut humida, sed elaboratam, & famitiarem continentia humiditatem, huic vitio obnoxia sunt. Idem usu venit piperi longo. Atq; hinc est, quod diutius perseverat, quæ proficiscitur à gingibere, aut pipere longo caliditas, quam quæ ab albo, aut nigro. Nam sicut ab aridis calami flamma simul celerrimè accenditur, & undequaq; disper-

gitur:

tur: eundem in modum, quæ à siccis potestate medicamenti editur caliditas. At quæ prodit ab humidioribus, seu ligna sunt viridia, & tardius accenditur & durat diutius. Ex quo fit, ut utriusque medicamenti diversus sit usus. Siquidem ubi totum corpus celeriter excoalscere consilium est, ea tunc exhibenda sunt, quæ & celeriter à caloris nostri contr. actu incalcescant, & celeriter quocumque ferantur. Verum ubi partem quamvis refrigeratam recalscere studemus, contra agendum, nimirum quæ tardè calefcentia plurimo tempore perdurent, ea offeruntur. Cæterum licet gingiber, & piper album hac ratione à nigro pipere differant: non magna tamen est differentia. At nasturtium, napi, thapsia & agrestium columbarum sterces, majori tempore perfecte accenduntur, & plurimo tempore perdurant: hæc tamen Galenus. Faciem Gingiberis præsentat radix illa,

Zedoaria
hist. &
vires.

Serapio.

Zedoaria
rotunda
mentio.

Zedoaria
Avicen-
næ quæ.

Arnabo
& Zorum-
bet hist.

Cordi,
Fuchsi &
Brunfelsii
error.

Nomina.

* II. ZEDOARIA LONGA & rotunda. *

10

20

30



quam Mauritanii, & officinae ZEDOARIA appellat, odoratio-
r tamen, amariuscule, neque adeo ut gingiber actus. Huius
nusquam, quod sciam, meminere veteres Græci, etsi recentiores
ab Arabicis edocti, nempe Aëtius & Actuarius, eam suis medica-
mentorum compositionibus admisceant. Zedoaria (ut cap. 172.
testis est Serapio) convehitur à Sinarum regione, ultra extremas
India oras. Et sunt radices rotundæ, cum facie, tum magnitudi-
ne Aristolochia rotunda similes, colore autem, & sapore Zingiber
emulantur. Excoalscit Zedoaria, & siccatur ordine secundo, fla-
tus discutit, & propria quadam facultate impinguat. Post sum-
pta grave virus animæ, quod allium, capæ vel vinum excitavit,
abigit. Venenosorum animalium moribus opitulatur, alvi flu-
xiones sistit, uteri abscessus resolvit, vomitiones reprimat & colici
cruciatum tollit: hæc Serapio. Cujus quidam autoritate freti,
cum Zedoariam, quæ passim in Myropoliis habetur, radices esse
longas inspiciant, minime consentiunt legitimam hanc Serapio-
nis esse Zedoariam, sed genuinum esse Costum affirmant. Verum
si rotundas Zedoariæ radices inspicerent, quæ apud me sunt à
Francisco Calzolari Veronensi mihi dono data, Aristolochia fa-
ciem referentes, & soliditate pares, nihil mihi verendum est,
quin illi suam immutarent sententiam, siquidem viderent ro-
tundam Zedoariam ejusdem esse saporis, coloris odorisque, quibus
longa referta est, & nihil nisi forma ab ea differre asserere coge-
rentur. Quinetiam proculdubio faterentur (ut ego quoque exi-
stimo, imò potius non dubito) duo haberi Zedoariæ genera, per-
inde ac Aristolochia, nempe rotundum alterum, alterum lon-
gum. Atqui revera, non parva oritur mihi suspitio an Avicenna,
& Serapionis Zedoariæ eadem sint radices, cum scribat Avicen-
na præstantiorem Zedoariam apud Napellum nasci, & ipsius
esse Theriacam. Id quod me adducit ad credendum eam esse A-

vicennæ Zedoariam, quam quidam Antoram (ego Antitoram) appellant, quod hæc, omnium consensu, una cum Napello
nascatur, & ejus sit Antidotum. Toram enim vulgus Napellum appellat: & Antitoram vel Antoram Avicenna Zedo-
ariam, quod contra Toram præsentaneum sit auxilium. Deinde opinionem auget, quod videam Avicennam Serapionis Ze-
doariam, & ejusdem vires describere sub capite & nomine Zurumbeti, ut patet in Epistolis nostris scriptis ad Gual-
mum Quacelbenum. Non desunt, qui crediderint, quod ARNABO, de quo scribit Paulus, & Mauritanorum Zedoaria
unum & idem referant medicamentum. Verum Serapionis testimonio cap. 271. Arnabo apud Græcos nihil aliud designat,
quàm Zurumbet apud Arabes: quippe quod hoc loco de Zurumbet eadem scribat Serapio, quæ de Arnabo ante ipsum ad-
notavit Paulus. Est autem Arnabo, ut ex Serapionis autoritate memoria prodidit Isach, arbor proceræ, in oriente prove-
niens: foliis longis, colore viridi, in luteum languescente, salicis modo, sicuti & ramorum cortex. Infrutigeræ est, & treum
odorem spirans. Quibus facile patet, Arnabo non modo Zedoariam non esse: sed nec in Europam ad nos advehi. Quo fit, ut
Cordus aberrasse deprehendatur: quippe qui Zurumbet Zedoaria genus existimet. Hanc fortasse secutus Fuchsius medicus
doctissimus, in libro de compositione medicamentorum, quem locupletatum nuper edidit, non sine magno errore putat Zu-
rumbet & Zedoariam idem esse. Qui non minus in Arnabo quoque, errasse cognoscitur, quod velit Doronicum orientale id
esse, quod Paulo Arnabo: atqui res hac aliter se habet, ut ex antè dictis satis colligi potest. Hallucinetur etiam hac in re
Brunfelsius: quod si scripserit suo de medicis vocabulis Onomastico, quod Arnabo unguentum est odoriferum. Verum ejus
lapsus non aliam causam fuisse arbitror, quàm quod oscitantem Paulum legerit: nam Paulus apertissime asserit, Arnabo un-
guentis expeti, quod suaviter oleat, non autem unguentum esse, ut Brunfelsius somniasse videtur. Id Zingiber, Zingibet, Zingibet, Zingibet
Zingibet Græce, quod item Latine Zingiber & Gingiber nominatur: Arabicè, Lengibel seu Zingibel: Italicè, Gengevo:
Germanicè, Ingber: Hispanicè, Gengiure: Gallicè, Gingambre. Quod verò Zedoaria, Zedoaria, Zedoaria posterioribus Græcis,
Zadura & Zedoaria Latinis pariter & Italis appellatur: Germanis, Zitwen: Gallis, Cretomart.

Zingiber & Zimpiber Plinii, Officinis Gingiber dicitur, quod alii harundinis, alii Iridis folia habere
referunt: alii Cypero cognatum volunt: cujus radices colore variant, sunt albæ, sunt rubræ: illæ sæpius
creta, hæc verò rubrica exterius infectæ sunt, ut magis à teredinibus præserventur, cui candidiores & mol-
liores magis obnoxia: quam vis Ludovicus Romanus testetur in terra omnifariam rubra nasci. II. Ze-
doaria quæ in Calecut Gingiber Sylvestre dicitur, à quibusdam veterum Arnabo & Arabum Zorum-
bet censetur: at Garzias scribit Arnabo Pauli arborem esse proceram, suavem odorem spirantem: Ze-
rumba verò, graminaceam esse plantam. Verum ad Costum Syriacum Dioscoridis referendam cenfe-
mus. Hæc longa & rotunda invenitur, communiter tamen in Officinis longa habetur: alii unam tan-
tùm radicem, alii differentes statuunt, illam longam, hanc rotundam, vel tuberofam nominantes. Sic
& hæc quæ tuberosa est, foris nigricans reperitur, & Zerumbet Serapionis censetur Clusio in notis
ad Garizam,

† Solidū
non leg.
Orib.
† Δεάνη-
ρος. 1. 2.
c. 10. 1.
Orib.

HYdropiper apud aquas nascitur, quæ stagnant, aut pigro lapsu repunt. Caulē edit geniculatū, + solidū, multis alis concavum: folia menthæ, majora, molliora, candidioraque, + gustu piperis, acri, citra tamen ullam odoris gratiam: fructum acrem, in furculis parvis, prope folia recematim cohærentem. Folia cum semine illita, tumores veteresq; duritias discutiunt, sugillata delent: quæ postquam inaruerunt tusa pro pipere in obsoniis admiscuntur. Radix parva, nullius in medicina usus.

I. HYDROPIPER SIVE Persicaria.

II. PERSICARIA altera.



Hydro-
piperis
confider.

TAmetsi pro virili parte contendat Ruellius, ut non minus doctus, quàm elegantissimis verbis comprobet, eam non spernendam stirpem, quam vulgus officinarum Eupatorium appellat, legitimum esse Hydropiper: is tamen hac in re aperte hallucinari deprehenditur, quamvis aliqui fuerit non modò in medica materia peritus, sed & Latinæ & Græcæ literis apprime doctus. Siquidem Dioscoridi Hydropiper folia edit mentha majora, molliora, candidioraq; gustu piperis, acri, citra tamen ullam odoris gratiam: non autem amaro sapore, ut Ruellius ait, Dioscoridis verba pervertens, quò facilius suam astruat sententiam. Vulgare verò Eupatorium foliis crescit cannabinis, duris, hirsutis, amaro gustu, non quidem acri, ut piperis: quin etiam adedò odoratis, ut hac de causa herbam esse viribus insignem, quamvis ab antiquis silentio prætermisam, semper existimaverim, cum tamen odoris fragrantiam in hydropipere reperiri neget Dioscorides. Præterea hydropiperi caulis inest geniculatus, solidus, à foliorum & adnatorum exortu alis plurimis concavum: semine etiamnum acri, in ramusculis prope folia racematim cohærente: Pseudo-eupatorio verò caulis est procerus, minime geniculatus, in cuius ramis nullum apud frondes racematim cohæret semen: sed in cacumine flores gerit subrubentes, qui divisi muscarii facie, sylvestris originis modo, per maturitatem in pappos evanescent: è quibus semen prodit amarum totius plantæ sapore: quanquam esse hoc acrimonia præditum non rectè Ruellius asseveret. Qui quoniam vulgare Eupatorium pleurung, in aquosis oriri conspexerit, id omnino legitimum esse Hydropiper pro certo asserere non dubitavit, nulla prorsus habita ratione, an alia inter se responderent nota. Quamobrem, ut ex dictis rationibus clarissimè patet, Ruellius hac in re non ita maturè mihi videtur sensisse, ut ejus clara doctrina, ingeniiq; præstantia exposcere videbatur. Quandoquidem cum vulgare hoc Eupatorium primo statim occurssu gustui amorem relinquit haudquaquam obscurum, facile hinc indicium consequi potuisset, hoc non esse hydropiper, quo unà cum sale in ciborum condimentis piperis vice præfata utebatur, nam quæ amara sunt, præterquam quòd piperis vicem explere minimè valent in cibis addita, ab omnibus respuuntur tanquam natura inimica. Hydropiper duum est generum, alterum minus, alterum majus: item alterum acri admodum sapore, alterum verò omnis acridinis expers, & aspero tantum adstringentiq; gustu præditum. Caterum si in Italia Hydropiper nascitur, illa meo quidem iudicio est persicaria (ut vocant) species, quæ in alterius discrimen, cui folia insunt pullo colore emaculata, nullis similibus inscitur notis, sed folio tantum viridi adolescit. Quippe quæ foliis proveniat oblongis, mentha majoribus, mollioribus ac candidioribus: caule admodum geniculato duroq; alis concavo: è cuius adnatis rufum semen racematim prodit, acri admodum gustu, ita ut linguam vehementer vellicet. Illud in super hanc opinionem corroborat, quòd prope stagnantes aquas hac planta pleurung, vireseat, ubi eam Dioscorides nasci testatur. Manebo itaq; hac in sententia, etiam latrantibus. Sycophantibus, quoniam, novus quispiam appareat Dioscorides, qui aliud asserat nobis Hydropiper, quod sua è sede hinc abigat persicariam. Sternitur commodè hac recens, viridisq; in thalamis, pulicibus necandis, & postera die ejicitur. Nulla carnes salsa, circumducta herba præservantur à tarmis & vermibus. Ideoq; præstat succus ad vermiculosas aures. Caterum altera, quæ eadem est facie, nisi quòd

Que Persicaria sit
Hydropiper.

Persicaria vire
Matth.

quod majoribus est, maculosus provenit foliis, caule vegetiore, humi accubante & racemis grandioribus: viribus est longè imbecillioribus, nam cum gustantibus nihil prorsus acedinis respiciat, sed aspero, & adstringenti sapore pradita sit, excalescere perinde ac altera handquaquā potest, sed potius refrigerare ac siccare. Nascitur hac non solum humecto, solo sed etiam in sicco, in agrorum marginibus, & secus itinera. Meminit Hydropiperis Gal. lib. 8. simpl. med. sic inquit: Hydropiper à locis, in quibus nascitur, & à similitudine, quæ illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum est. Caterum calidum est, sed non tantum, ut piper. Attamen herba ipsa etiamnum viridis cum semine, cataplasmati in modum imposita, sugillata, & tumores induratos digerit. Herba, quæ Græcis ὕδρον πιπέρη, Latinis similiter Hydropiper vocatur: Italis, Hidropepe & Pepe atquatico, & Persicaria: Germanis, Wasserpfeffer und Muckentraut: Hispanice, Hierba pexiguera seu Manchas: Gallicis, Curage. Persicaria altera, Italis, Persicaria maggiore.

Hydro-
piperis vi-
res ex Ga-
leno.

Nomina.

Hydropiper seu Piper aquaticum, vel Persicaria à forma foliorum. Est autem Persicaria alia acris, alia mitis: & quæ mitis est, alia maculosa, alia non maculosa. I. Persicaria urens seu Hydropiper, C.B. Pulicaria macula, Brunf. Hydropiper, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Diosc. Lac. Cast. Lugd. Cæs. Hydropiperi, Dod. fol. Lob. icon. Persicariæ primum genus, Trago: Persicaria mas, Lon. Persicaria urens, Lob. Persicaria mordax, Thal. Persicaria, Tab. II. Persicaria mitis maculosa, C.B. Lob. icon. Persicaria fœmina, Brunf. Lon. Persicaria altera, Matth. Trag. Persicaria, Fuch. Dod. gal. & fol. Ges. hort. Lugd. Cast. Persicaria maculata, Thal. Cratægogonum, Lacun. Persicaria prima, Cæs. Hæc quibusdam L. pathum quoddam: aliis Plumbago Plinii: aliis ejusdem l. 25. c. 3. Britannica, & apud Dioscoridem Britannica seu Bretanica, quæ & Betonica, quod caput à recentioribus, tanquam spurium est deletum.

Πταρμική.

PTARMICA.

CAP. CLVI.

PTarmica exiguus frutex est, furculos habens parvos, multos, † & rotundos, abrotano non dissimiles: † Orib. & circa eos folia oleæ, longa, multa: & in cacumine capitulum, uti anthemidis, parvum, rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat: unde nomen accepit. Folia cum floribus illita, sugillationes rapiunt. Flores sternutamenta efficacissimè movent. Nascitur in montibus & petrosis.

Λανθής, i.
tenues.

I. PTARMICA.

II. PTARMICA ALTERA.



PTarmica in Bohemia passim in hortis seritur, è montibus in quibus nascitur, illuc translata. Hanc, quod acris sit sapore, Ptarmice quidam Pyrethrum vocant. Sarculos habet tenues, sesquidodrantales, rotundos, & circa eos folia oblonga, oleaginea, copiosa, & per ambitum serrata, flores in cacumine Anthemidis figura, minores tamen, sed dilutius umbilico, qui suo acri odore sternutamenta movet, unde illi nomen. Nascitur sua sponte in montibus saxosis locis. Aperit Ptarmica, discutit, provocat, attenuat & incidit. Sicca pulvis naribus inditus sternutamenta movet. Mansa radix dentium dolores mulcet, & pituitam detrahit. Folia cum floribus illita, sugillationes rapiunt. Est quoque, alia PLANTA, quam Ptarmicam appellare libuit, quod caulibus tenuibus proveniat, foliis oleæ, & floribus & capitulis, quæ naribus immissa, sternutamenta cieant. * Ptarmica in Hetruria frequentissima provenit: nascitur & in Tridentino agro, præsertim Ananienensi tractu, sarculis frequentibus parvis, rotundis, abrotano non dissimilibus: è quibus plurima prodeunt folia incana, olea modo oblonga: unde & Olivella multis vulgò nominatur. Gerit in sarculorum cacuminibus, capitulum, Chamæmeli deslorentis modo: cui quemadmodum & herba, vis quadam adeo acris inest, ut olfactu statim sternutamenta excitet. Rura nostra ex Ptarmica scopas, quibus

Ptarmice
historia.

quibus pavimenta verruntur, conficiunt, nec in alium colligunt usum. * Verum hæc Dioscoridis Ptarmica non est. Hæ-
 vites ex jusce meminit Galenus lib. 8. simpl. med. his verbis: Ptarmica flores cienda sternutatoris vim obtinent: est enim temperies
 Galen. ejus calida & sicca, viridis etiamnum ordine secundo, siccatur tertio. Ejus nomen Græcum πταρμικα, Latinum item Ptarmica
 Nomina. & Sternutamentaria: Italicum, Ptarmica.

Dracunculus aquaticus serrato folio, C.B. Pyrethrum, Brunf. quoad iconem. Tanacetum album acu-
 rum, Trag. Taber. Pyrethrum sylvestre, Dod. gal. Cord. in Diosc. Ptarmice, Fuch. Lon. Ptarmica, Matth.
 Gesn. hort. Lob. icon. Cast. Lugd. Cam. Ptarmica sylvestris germanica, Thal. Ptarmica folio Taronis,
 Lob. obs. Ptarmica quibusdam putata, Cæs. Draco sylv. Dod. fol. Gesn. hort. cui & Tarchon aquaticum.
 II. Jacea oleæ folio altera, C.B. Ptarmica altera, Matth. Lugd. Ptarmica, Lac. Ptarmica Austriaca, Clus.
 Pan. Lob. Cam. Matthioli editione secunda hanc, & non priorem proponit, quare verba ejus asteriscis
 inclusa inferere lubuit.

Στρουθιον,

RADICULA SEU LANARIA HERBA.

CAP. CLVII.

Struthium herba vulgò nota: qua purgandis lanis utuntur, qui eas eluunt. Hujus radix est acris, uri-
 nam ciet: prodest tussis, jecinorosis, orthopnææ ex melle sumpta, cochlearis mensura: alvum solvit.
 Eadem cum panace & capparidis radice, calculos frangit, & cum urina exturbat: duritiem lienis absumit:
 menses imposita trahit: partus efficaciter enecat. Cum polenta autem, & aceto illita, lepras tollit: tuber-
 cula discutit, cum farina hordeacea, & vino decocta. Miscetur & malagmatis, & ocularibus colliriis, cla-
 ritatis causa. Sternutamenta mover: per os purgat, trita cum melle, & naribus infusa.

I. PSEUDOSTRUTHIUM.

* II. SAPONARIA. *

Struthii
consider.

Struthion seu Radicula, adeo olim vulgaris notitia fuit, quod purgandis lanis ea uterentur, ut Dioscorides eam notis ullis
 representare supervacaneum duxerit. Sed cum tractu temporis hujus exoleverit usus, ejus quoque notitia simul abolita
 videtur. Quo fit, ut arduum sit nobis nunc judicare, quamnam planta Itali Struthion jure dici possit. Mauritanis &
 officiis Conditi ea nominatur, quam illi frequenter medicamentis admiscunt, quibus naribus inditis sternutamenta ciet.
 Nec propterea usquam in officiis reperitur, quamvis medicorum compositionibus sæpius inseratur. Quamobrem asserere
 non ausim, an Struthion nascatur in Italia: quippe quod hæcenus ipsum non modò non viderim, sed neminem, qui illud
 cognosceret & ostenderet, adinveniri. Theophrastus inter folio aculeatas struthium habet lib. 6. cap. 3. de plantarum
 historia. Plinius verò lib. 19. cap. 3. his verbis struthium describit: At qua vocatur Radicula, lavandis demum lanis succum
 habet: mirum quantum conferens candori mollitiæque. Aequè nascitur sativa ubique, sed sponte præcipue in Asia, Syriaque, sa-
 xosis, & asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui, & ipso cibus indigenarum expetito, &
 ringenti quicquid sit, cum quo decoquatur: folio oleæ struthion Græci vocant. Floret æstate grata aspectu, verum sine odore,
 spinosa & caule lanuginoso. Semen ei nullum: radix magna, quæ conciditur ad quem dictum est, usum. Non desunt, qui
 struthium plantam esse velint, cujus hic quoque imaginem dedimus, eamque pseudostruthium appellavimus, sed cum aculeata
 planta non sit, ferulaceum caulem non gerat, nec lanuginosum, nec semen spicatum proferat, neque admodum crassa ni-
 tatur radice, nec adeo sit acris, ut excalcacere & siccare possit ordine quarto, is qui hac ducuntur opinione, hæud subscribere
 possum.

Pseudo-
struthii
consider.

possum. Pseudostruthium folia profert longa, subpinguia, caules multiplices foliososq; in quorum summitate spicati prodeunt flores. Radice nititur candida, longa, digitali crassitudine, & raphani modo acris. Nascitur incultis locis, secus itinera, & in agrorum marginibus. Radix excalfacit & siccatur ordine tertio. Incidit, attenuat, resolvit, aperit, digerit. Sunt etiam, quæ præferant contra venenosorum animalium ictus, non modo vulnere admotam, sed etiam in potu sumptam. Quinetiam adversus pestilentie contagia. Struthii vires adnotavit Gal. lib. 8. simp. med. sic inquit: Struthii radice potissimum utimur, ut pote gustu acris, & calida siccaq; temperamento, ex quarto quodammodo ordine. Sed & abstergit & irritat: proinde quoq; sternutationem provocat, cetera omnia, quæ calida sunt temperie & gustu acris. Ex his omnibus palam sit, Fuchsum, virum aliqui doctissimum, in hoc errasse, quod in suis de stirpium historia clarissimis commentariis, plantam vulgò Saponariam vocatam legitimum Struthium esse censeat, eamq; pro Struthio depingat. Hæc enim folio plantæ aginis exit, non olea: lavi non aculeato: caule geniculato, non lanuginoso: gustu potius insipido est, quam adeo acris, ut quartum excalfacientium ordinem attingat. Quæ verba & πῶδιον Græcè: Struthium, Radicula & herba lanaria Latine dicitur: Arabicè Condes, Chundes seu Kunder, Barbarè Condisi: Italicè Radicetta & herba lanaria: Gallis Herbe aux soufflons. Pseudostruthium, quidam Theriacariam vocant.

Struthii vires ex Galen. Fuch. lapius, Saponaria, Struthii statuētis. Nomina.

I. Quam pro Pseudostruthio proposuit, Plinius lib. 33. cap. 5. Luteam: Vitruvius 7. Architecturæ 14. Luteum: Virgilius Ecloga 4. Lutum appellat: sunt qui Resedam Plinii: alii Myagron, seu Melampyron Dioscoridis velint, Luteola herba, C.B. Anthirrinum, Trag. Lugd. Pseudostruthium, Matth. Cast. Struthium, Lac. Lugd. Herba lutea, Dod. gal. Lugd. qui tres habet figuras. Lutea vel Luteum, Ges. hort. Cam. Luteola, Lob. Lutum herba, Dod. fol. Guadarelle vulgo, Cæf. Catanance, Lonic. Tab. II. Saponaria lævis, quod saponis vicem præbeat ad purgandos pannos: Saponaria, Trago, Matth. Ges. hor. Lac. Lob. Dod. fol. Cæf. Tab. Cam. Saponaria major, Lugd. Struthium, Fuch. Lonic. Lugd. qui duas habet icones, Thallio. Flore est dilutè purpureo, aliquando roseo, nonnunquam candido.

Κυκλάμινος.

CYCLAMINUS.

CAP. CLVIII.

Cyclaminus folia habet hederæ, purpurea, varia, in quibus supra infraq; albicant maculæ: caule nudo quaternos digitos æquante: floribus in eo purpureis, rosarum effigie: radice nigra, & aliquantum lata, ut rapum videri possit. Quæ cum hydromelite pota, pituitam, aquamq; detrahit: menses potu, appositivè ciet. Tradunt, si prægnans radicem transgrediatur, abortum fieri, partum appensa accelerat: contra venena, præsertim leporis marini, ex vino bibitur: illita contra serpentium ictus remedio est: immista vino inebriat: regium morbum discutit, tribus drachmis pota, cum passo, aut diluto mulso. Sed oportet eum qui ebibit, multis vestibis contestum, loco calido, & à perfractionib. tuto, recumbere, quod facilius exudet: ejecti autem sudores flavo colore inveniuntur. Succus ejus ad purgandum caput, naribus infunditur: ad dejicienda quoq; alvi excrementa, in vellere sedi subijcitur: illito umbilico, & a imo ventre coxarum tenuis, alvum emollit, & abortum efficit: suffusionibus, & retusæ oculorum aciei, oblitus cum melle succus prodest: medicamentis abortum inferentibus admiscetur. Succus cum aceto illitus, procidua sedem restituit. Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassitudinem decoquitur. Radix cutè purgat, eruptiones papularum reprimat: vulneribus ex aceto per se, aut cum melle medetur, lienem absorbuit, vitia cutis in facie, & alopecias emendat. Ejus decocto luxata, podagras & capitis ulcuscula, pernionesq; foveri congruum est: ipsaq; in oleo vetere fervefacta, illito oleo ulcera ad cicatricem perducit. Cavata radix oleo expletur, & cinere ferventi imponitur, adjecto interdum Tyrrhenicæ ceræ momento, ut strigmenti crassitudinem unguentū contrahat, cum primis utile pernionibus. Radix, scillæ modo, concisa reponitur, Narrat ad amatoria assumi contusam, & in pastillos divisam. Nascitur in umbrosis, maxime sub arboribus.

a Meum i. e. imo ventre. Cat. i. e. circa umbilicum. b Meum & Cat. ad dunt hæc i. e. imposita.

Εἰς τὴν κυκλάμινον.

ALTERA CYCLAMINUS.

CAP. CLIX.

Et altera cyclaminus, quam cissanthemon, aut cissophyllon vocant: foliis hederæ, sed minoribus: geniculatis caulibus, crassisq; circa vicinas arbores, capreolorum modo se volventibus: flore candido, odorato: a acinis hederæ mollibus, lenti gustus, aliquantulum acris: radice supervacua. Nascitur in asperis. Hujus acini, drachmæ unius pondere poti, cum vini albi cyathis duobus, quadraginta diebus, lienem per urinam, & alvum absolvunt: ad orthopnoeam bibitur: reliquias à partu purgat.

a Meum & Cat. hæc i. e. circa umbilicum. i. Fructus est velut uvæ acini similis hederæ. Cyclami ni conf.

Tametsi Cyclaminus prima, quæ vulgò Panis porcini dicitur, planta sit vulgaris notitia, secundam tamen hucusq; mihi videre non licuit in Italia: quanquam asserit Ruellius, hanc illam esse stirpem, quam barbariorum & officinarum vulgus Sigillum sanctæ Mariæ vocat. Et cum plures sint herba, quæ ab imperitis eo nomine appellantur, polygonatum scilicet, Serapionis fecacul, & tertia, quæ hydropiperi similis est: harum Ruellius nullam esse Cyclaminum putat, sed aliam ab his longè diversam, cujus facies, ut ipse delineat, nil aliud representare videtur, quam vitem nigram à Dioscoride lib. 4. descriptam, quam nos in Hetruria vulgò vocamus Tamaro. Hanc scribit ipse Sigilli sanctæ Mariæ nomen sibi ascripsisse, quod eam Mauritanii Bothomarieni nominent. Quæ in Ruellius, ejus pace dixerim, aperte fallitur: quandoquidem tota Mauritanorum familia primum tantum genus, non autem alteram Cyclaminum Bothomarieni nuncupat. Non defuerunt, qui varias ad nos cyclamini alterius plantas miserint censendas: sed cum pluribus cyclaminis ipsius destituerentur notis, eas omnes me neglexisse, ingenuè fateor. Cyclamini primi generis dua (ut Mesues auctor est) reperiuntur species, major & minor. Hæc radice provenit parva nuci avellanae, cicerumq; magnitudine. Illa verò magna conflatur radice, sessili aliquantum, lata, in rapi modum extuberante, pullo colore: quæ (ut diximus) vulgaris admodum est, & passim in sylvis & umbrosis nascens, maxime sub arboribus. & in frutetis secus itinera. Minorem vidi ego in agro solum Tridentino in vallis Anania montibus, ubi copiosa nascitur. Cyclaminus (ut idem Mesues memoria prodidit) tam hanc quam clystere infusa, pituitam viscosam mirifice detrahit. Coli cruciatu tollit à pituita progenitos, aut ab induratis excrementis. Succus in eribinis additur ad expurgandū cerebrum, quod duntaxat finiat capitis dolores, frigidūq; conveniat hemiplegiis. Item resolutis opitulatur, ac omnibus cerebri, & nervorum affectibus, à frigidityte provenientibus. Aqua distillata à cyclamini radicibus, si naribus sursum trahatur, fluentem inde sanguinem mirum in modum sistit. Eadem pota sex unciarum pondere, addita selectiss. sacchari uncia

Ruell. lapius. Sigillum S. Mariæ. Bothomarieni Mauritan. Cyclami ni genera ex Mes. Cyclami ni vires ex Mes.

Cyclami ni vires Matth.

I. CYCLAMINUS.

Cyclami-
ni vires
ex Gal.

Nomina.

abstergit, & incidit, & ora venarum aperit, & attrahit & digerit. Clarum verò id est ex particularibus operibus. Adeo
vehemens ejus facultas est, ut abdomine illito, ventrem subducit, & fatum interimat. *Kouλάμινος* & *herba sic Græca*, *Latini*
quoque Cyclaminus, & *Rapum terra vocatur*: *Mauritanis Buchormarien*, *But hermarien seu Bothormarie*: *Barbaris*
officinis Cyclamen, *Panis porcinus*, & *Arthanita*: *Italici Cyclamino* & *pan Porcino*: *Germani Schweinbrodt* / *Erde*
apffel. *Hispanis Pan de puerco*: *Gallis Cyclamen seu pain de pourceau*.

Cyclaminis differentias octo agnoscimus, hic verò duas proponimus. I. Cyclamen orbiculato fo-
lio, infernè purpurascens. C.B. Cyclaminus minor & Umbilicus terræ, Trag. Cyclaminus, Matt. Dod.
gal. Cord. in Diosc. & hist. Gef. hor. Lacu. Lon. Cæf. Cast. Cyclaminus rotunda, Fuch. Cyclamen folio
hederaceo rotundiore, Lob. obs. Cyclamen vulgare, Lob. icon. Cyclaminus orbicularis rotundifolius,
Dod. fol. Cyclaminus æstivus vulgaris, Cam. Cyclamen, Tab. Flore est nunc dilutius, nunc saturatius pur-
purascens: rarius albo: rarissimè luteo. II. Cyclamen radice oblonga C. B. Figura hæc vitæ Gesneri à
Doctore Casparo Wolphio ad calcem addita, cui ti-
tulus Cyclaminus *μακρορριζος*: meminit in hortis Ger-
maniae nomine Cyclamini radice oblonga, malo in fi-
ne adnixo, & Camerarius suo Matthiolo, nomine Cy-
clamini longius radicati adjecit. Hæc enim inferna
quidem radice parte mali instar rotunda est, unde plu-
res fibrosæ radices hinc inde sparguntur, sed mox in
cubitalem longitudinem prolongantur, digitalem cras-
sitiam non superante: subinde tamen in nodos, ex qui-
bus utrinque fibræ prodeunt, extuberant, foliis est sub-
rotundis ut in vulgari, maculosis: floribus similibus co-
lossinis, quibus decidentibus capiculum subsequitur
oblongum, in mucronem desinens, quod secum pedi-
culo in spiras convolvit, in quo semen mediocris magni-
tudinis continetur.

* II. CYCLAMEN RADICE oblonga. *



Dracunculus major. DRACUNCVLVS MA-
JOR. CAP. CLX.

Dracunculus major in umbrosis circum septa gi-
gnitur. Caulem habet rectum, lævem, duum cu-
bitorum, baculi crassitudine, versicoloribus draco-
num maculis, purpureis tamen evincentibus: folia rumicis, sibi invicem implicata. Fructum summo
caule facit, racemosum, coleris primùm cineracei, mox per maturitatem in crocum & purpuram ver-
gens:

gentis: radicem prægrandem, rotundam, candidam, cortice tenui vestitam. Colligitur, dum maturefcit, & succus exprimitur ficcaturq; in umbra, Radix quoq; mellebus effoditur, elotaq; particulatim conciditur, & funiculo transfixa ficcatur in umbra. Vis ei calfaciendi cum diluta vini potione. Crudam, coctamve cum melle delingi prodest contra orthopnœas, rupta, convulsa, tussim & destillationes: pota cum vino venerem stimulat: ulcera, quæ cacoethe vocantur, atq; phagedænica expurgat, præsertim cum vite alba: ex ea, & melle collyria ad fistulas, & partus evocandos componuntur: ad vitilignes cum melle, efficaciter illinitur: polypus & carcinomata absumit. Succus ad oculorum medicamenta, item contra nubeculas, caliginem, albuginesq; effectum præbet. Herbæ, radicisq; odor teneros conceptus abortu viat: item si triginta grana ejus in posca bibantur. Sunt qui ejus succum cum oleo, aurium doloribus infudere: quinetiam folia, utpote quæ adstringant, vulneribus recentibus imponere, & cocta in vino perionibus, Qui folia manibus affricuerit, aut radicem exemerit, polle à vipera feriri inficiantur.

Δρακοντίς μικρά.

DRACUNCULUS MINOR.

CAP. CLXI.

Dracunculus minor folio constat hederaceo, magno, candidis notis insigni: caule recto, bicubitali, vericoline, maculis resperfo purpureis, ita ut anguem planè referat, baculi crassitudine: fructus summo caule racemarim cohæret, colore primum herbaceo, & cum ematuruit, croceo, gustu fervens, mordaxq; radice aliquantulum rotunda, bulbosa, aro non abfimili, tenui obducta cortice. ^{a Meum} Nascitur in ^{φάρμακον} sepibus umbrosis. Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat: naribus etiam ex lana impositus, polypum absumit: carcinomata illitu sistit: triginta ejus grana, si in posca bibantur, abortus inferunt. Odorem ajunt, postea quàm flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. Radix ex-^α calfacit: orthopnœis, ruptis, vultis, tussis, destillationib. auxiliatur: humores pectoris excreatu faciles reddit, siue cocta tostaq; cum melle, aut per sese edatur, siue farina ejus ex melle delingatur: urinam pellit, venerem excitat, cum vino pota: phagedænas ulcerum, & quæ cacoethe vocantur, trita cum melle, & bryonia alba expurgat, & ad cicatricem perducit: collyria ex ipsa ad fistulas, & ejiciendos partus fieri solent: qui radice sua manus perfricuerunt, à viperis feriri negantur: illita ex aceto vitilignes emaculat. Folia recentibus vulnerib. linamentorum vice, convenienter imponuntur: decocta in vino perionibus apposuisse prodest. Casus folius involutus, à putredine defenditur. Succus radicis ad nubeculas, albugines & oculorum caligines convenit. Radix cocta, crudave ad sanorum usus, pro olerè recipitur. In Gymnelis insulis, quæ Baleares vocantur, coctam radicem cum melle mulco, in conviviis placentarum loco offerunt. Radix mellebus effoditur, elotaq; frustatim conciditur, & lino trajecta, ficcatur in umbra, & ita reconditur.

I. DRACUNCULUS
major.

II. DRACUNCULUS
minor.



Licet in vetustis quibusdam Dioscoridis codicibus majoris minorisq; Dracunculi historia speciatim divisa capitibus ad-^{Dracunc-} notata reperiat: attamen cum altera ab altera parum disidere videatur, cumq; etiam Galenus, Paulus & Serapio, ^{culorum} qui in simplicium materia Dioscoridem ad unguem secuti sunt, ejusq; dicta bona fide retulerunt, unius tantum Dracun- ^{consider-} culi meminerint: non ab re credidere recentiorum nonnulli, horum alterum ex alterius auctoris officina produsse, & alicujus ^{P p} ^{curiosi}